



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXII.

4. Martij. 4. Nonas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45295



4. Martij. 4. Nonas.

B. HERMANNE: Aquiriensis monasterij Converse: qui inter acerri-
mos membrorum dolores, & servietium
probra patientissimus, post diuturnam
cum afflictionibus luctam, victricem
animam ex hac miseriarum caligine
ad lucem immarcessibilem emisisti.
*Quotiescunque peccatorum meorum, ac si-
mul afflictionum, à sanctis toleratarum,
recordor, toties consternato animo cogor ex-
clamare cum Presule Hypponensi; O Deus!
hic ure, hic seca, modo in æternum parceas.
Exora tu mecum Divinam clementiam, ut
corripiat me nunc in misericordia sua. En!
paratum cor meum.*

*Vixit
circa
annum
1225.
Dei mi-
sericor-
dia.*

B. THOMA: qui per aliquot an-
nos sub Regula Benedictina Cantua-
riæ vivens, impigrum te in sacra illa
observantia præstitisti. Sed augendo-
rum meritorum cupidus, ad Cisterci-
enses transijisti. Cujus Instituti rigore
minimè satiatus proficiendi ardor, te
ad singulare cum invisibili hoste certa-
men in vastam solitudinem eduxit. In
qua residuos vitæ dies in maxima san-
ctitate transegitisti. *Experientia docet,
quotidie subeundum esse cum maligno sin-
gula-*

*Floruit
anno
1207.
Fremū
petit.*

Victo- gulare certamen. *Apta ad pugnam ma-*
ria sui, nus meas: *fac me apprehendere fortissima*
vincit mortificationis arma: *certus temper eris*
demo- de hoste triumphus, *quem mei victoria an-*
nem tecesserit.

S. BERNARDUS, ser. 1. de S. Andr.

Cruce *Si saperet nobis tribulatio, sic victus*
fugatur *esset omnino diabolus. Nihil enim*
hostis. *proficit inimicus in eo, quem Crux*
Christi delectat.



5. Martij. 3. Nonas.

Obijt
circa
annum
1135.

Ejus
verba
post tri-
duanā
extasiā.

B. GERARDE, Pijssimi Parentis
 BERNARDI alumne: qui inno-
 center consummato militiae religiosae
 stadio, morbo correptus, tridui inter-
 vallo per spiritum in altero orbe ver-
 sabaris. Inde verò ad te reversus, læ-
 tissimo vultu, in hæc verba prorupisti.
 [BONA EST OBEDIENTIA. Ad tribu-
 nal Christi ductus fui; ipsūque facie
 ad faciem Regem Angelorum conspe-
 xi, dicentem mihi: Ecce! locus tuus in-
 ter fratres tuos. Nullus tui Ordinis pe-
 ribit; si Ordinem amaverit. Aut enim
 ante mortem purgabitur; aut brevè
 post mortem purgatorium ignem eva-
 det